SIGISMUNDVS

Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Li:
uoniæq; etc: nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq;
Hæreditarius Rex.

Significamus præsentibus litteris nostris quorum interest, vniuersis et singulis. Exhibitas nobis fuisse per certos Consiliarios nostros litteras pargameneas confirmationem certorum articulorum a Senioribus et Junioribus Pannicidis Craconien̄ boni ordinis causa laudatorum et hactenus diligenter obseruatorum a Spectabilibus Proconsule et Consulibus Ciuitatis nr̄æ Craconien̄ factam continentes, sigilloq; eiusdem Ciuitatis munitas, sanas, saluas, ac omni suspicione carentes. Supplicatumq; nobis esse, nomine præfatorum Pannicidarum Craconien̄ vt easdem litteras omniaq; in eis contenta et articulos authoritate nr̄a Regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum est talis. Spectabiles Domini Proconsul et Consules Ciuitatis Craconiæ prout antea aliquoties, ita et die hodierna in hoc ipso negocio per schedulas conuocati et in Prætorio Craconien̄ pleno in numero congregati existentes atq; matura super id deliberatione prahabita, postulatis Spectabilium Nobilium et Honoratorū Pannicidarum Craconien̄ Seniorum et Juniorum innitentes Articulos in copia paratim oblatos, coram se publice lectos et bonum ordinem præseferentes, approbandos et confirmandos esse censuerunt prout approbant et et confirmant conformibus votis suis in id mediantibus. Quorum articulorum series et tenor hic sequitur.

Articuli Pannicidarum Cracovień per fratres pannicidas tam Dominos
Seniores, quam etiam Iuniores vnanimiter laudati, sanciti, ordinati, et ab o
mnibus secundum consuetudinem antiquam huc vsq; diligenter obseruati de:
niq; Spectabili Senatu Cracovień porrecti quos inprimis Domini Seniores nec
non Iuniores moderni fratres publice legi curarunt, deinde ad Acta præsẽtia
Consularia Cracovień inseri, atq; ingroßari obnixè petierunt, submiße rogañ
et meritò secundum iura et priuilegia eorum se conseruando pro rato gratoq; su:
scipiendo approbationem et confirmationem horum Articulorum qui modo
infrascripto sequuntur. Anno Domini Millesimo quingentesimo qua:
dragesimo, octauo, in Conuocatione feria secunda post Dominicam Innoca:
uit per fratres pannicidas habita ex vnanimi eorundem ipsorum fratrum Pan:
nicidarum consensu laudatum, sancitum & ordinatum est. Inprimis vt
singulis annis in Mense Ianuario secundum vsum antiquitus receptum qua
tuor viri Domini eruditi, grauesq; de medio fratrum Seniorum, velt duo in
vna aly vero duo in altera parte Pannicidiorum eligantur, idq; ad præcusto:
diendam et conseruandam antiquam consuetudinem vt omnia suo ordine fi:
ant. Qui quidem Domini Seniores duo, scilicet cistulam cum Priuilegys et mu:
nimentis Fraternitati seruientibus obseruabunt. Aly vero duo claues ab e:
adem Cistula habebunt. Isti quoq; Dñi Seniores singulis annis post depositi:
onem Officy sui, rationem in loco apto solitoq; facient, tam de restitucione Priui
legiorum cum Cistula quam etiam de compositione mutua inter fratres habita:
et quater ad minimum vno in anno solenniter conueniant velt singulis qua:
drantibus anni vel quoties necessitas postulauerit id tocies conueniant &
consulant, vt omnia decenter et in suo ordine permaneant, alios confratres ad
horam certam et assignatam in rebus arduis obdestinando. Hi etiam Domini
Seniores vigiles seu Custodes duos Pannicidiorum, sub ferula habebunt, e
xecutionemq; ex illis facient, si aliquis eorum cuipiam confratrum molestus
fuerit, vel officio suo non satisfecerit. Præcipue verò Domini Seniores dili:
genter animaduertant vt ydem custodes diligentes sint tam in aperiendis
quam etiam in claudendis Pannicidys iuxta vsum et consuetudinem, siue
diebus festis, siue profestis: neminemq; per Pannitondia prorsus ingredi per:
mittant; nec cuipiam in fauorem Cancellos citius vel serius aperiant seu clau:
dant, sed secundum vsum, antiquitus receptum in omnibus iuxta iuramẽtum

per illos Dnis pannicidis praestitum et singulis annis reassumptum et con-
firmatum sese gerant, sub poena illis per Dominos Seniores irremisibili imposi-
ta. Item vt vnusquisq ex fratribus pannicidis per Dnos Seniores fratres
Pannicidas obdestinatus existens ad horam designatam nisi legali impedime-
to sincere seipsum excusauerit personaliter comparere teneatur. Si quis ve-
ro dicto non audiens et contumax fuerit ac purgationem vllam fecerit ultimam
ob eam inobedientiam et contumaciam, talis quilibet quoties id admiserit
toties duodecem grossor. poena, per Dominos Seniores mulctari debet. Item
vt vnusquisq frater pannicida, pro quolibet quartuali anni ad cistulam
fratrum Pannicidarum communem per grossos quatuor soluere irrecuse tene-
atur. Qui vero in tali quatuor grossorum solutione negligens fuerit, talis du-
plam nempe grossos octo irremisibilir persoluat. Quod si plura retenta per ips
negligentiam reperta fuerint: ille idem quicunq sit ea omnia, simul et semel
pro prima requisitione Dnorum Seniorum persoluere ac reddere ad cōmune
cistulam sine dilatione ac procrastinatione tenetur. Cuius quidem perce-
pta pecunia Dni Seniores rationem in ella psu anni confratribus suis
facere tenebūtur. Item, vt singulis diebus forensibus septimanalib. duo
custodes pannicidiorum iuxta ordinem antiquum ex mandato Domino-
rum Seniorum ad forum Scrutarium seu vendetam ire teneatur ad percipien-
das vestes nouas quae in damnum pannicidarum per Sartores venduntur
sumptis secum officy Consularis famulis, ire teneantur. Item. Quicunq
ex fratribus pannicidis, occultos contractus cum Sartoribus Clepardien
exerceret, et pannos illis, cuiuscunq generis sint, ea ratione venderet, et con-
cederet, vt ipsi iterum ex pannis eiusmodi vestes noviter confectas in foro
Scrutario, seu vendeta singulis diebus forensibus septimanalibus extra nū-
dinas contra Iura et Priuilegia libere vendant, vnde aly confratres ino-
pes aeris sunt, pauperesq fiunt: vbi hoc reuelatum esset secundum decre-
ta S.R. Altis eiusmodi vestes, fratres pannicidae cum famulis officy re-
cipiant. Et talis confrater, qui eo in passu Sartoribus fautor et coadiutor
esset poena ad cōmunem cistulam Dnorum Pannicidarū, qui in Panni-
cidys Cracouien, mercantur quinquaginta marcas irremisibiliter per-
soluat. Anno Domini. Millimo quingentesimo, quadragesimo, Nono,

in Conuentione fratrum Pannicidarum feria quarta post festum Epipha:
niarum Dñi habita, laudatum, sancitum, ordinatum, prohibitumq; est vt nul:
lus ex fribus pannicidis audeat confratris sui pannicida pannum propter vt su:
um ips̄ citius & melius vendat, vituperare: talis quicunq; sit quoties in eo reper:
tus & conuictus fuerit, tocies decem marcarum pœna, ad communem cistulam
per Dominos Seniores succumbit. Item, vt reprimantur et prorsus tollatur
discordiæ et contenciones inter nos fratres pannicidas mutuo sępißime minus
decenter habitæ quæ Christianos dedecent: ideo omnes et singuli perpetuis fu:
turis temporibus consentimus & firmiter statuimus, vt nemo de medio nr̄um v:
nus alteri famulos Nottarios seu Scribas quos sibi vnusquisq; propter commodū
& vtilitatem suam a iuuentute ipsorū informauit, ac educauit, suscipere, auoca:
req; audeat: tum etiam illorum seruitio vti, seu famulatu sibi præsumat: ac sine ex:
pressa et authentica lrāli recognitione eiusmōi famulo a Dño suo antiquo nempè
quomodo sese gesserit, data an etiam ab eo liber sit ad seruitia sua attrahat, seu auo:
cet, sub priuatione et amissione talis famuli nec non sub pœna quinquaginta mar:
carum ad communem cistulam persoluendarum. Talis vero famulus qui contra
hoc laudum sancitum aliter fecerit. Dominum suum antiquum reconciliando à
famulatu Pannicidarum prorsus excludatur et eyciatur. Hunc articulum à Specta:
bili Senatu maximè approbari et confirmari exposcimus, quem sine approbatione
et confirmatione non suscipimus varia certamina rixarum præcauendo ac præcu:
stodiendo. Adhac petimus ac firmiter inter nos statuimus et inuenimus præcipue
vero de lege Sumptuaria, ne quisquam Iuuenes famulos scritos, de medio nostrum
vestiat, ac permittat vestire nisi panno Morauiensi cuiuscunq; coloris modo non
rubæi. Nottarios vero seu Scribas qui annos plures in Seruicyis consumpserunt,
ne quisquam audeat vestire nisi panno in Anglia elaborato qui Karazya vulgo
nuncupatur cuiusuis etiam coloris sed non rubæi. Postquam vero in seruitijs qui
uis famulorum annos suos Dño fideliter expleuerit, liberum erit Dño illius quicquid
placuerit tanquam fideli seruo pro vestitura condonare. Similiter nemo flauis
calceamentis famulū suum ornet ac vestire permittat sed duntaxat nigris sub pœ:
na Regia quatuordecem marcarum. Item ex numero Nottariorum famulorū
seu Seruorum qui Dn̄is suis ab annis plurimis seruitia exhibuerint, et post elapsū
temporis seu annorum illius, qui voluerit amplius et in posterum Dño suo seruitia
exhibere, sed voluerit in medio fratrum in Pannicidys esse, seu residere talisqui
cunq; sit non præsumat sibi nec audeat id facere citius nisi elapsis tribus annis
postquam à Dño suo liber pronunciatus fuerit: nec seruitia cuiquam confratrum

amplius exhibere poterit, sub pæna centum florenorum Vngaricalium à tali con:
fratre qui eiusmodi famulum vel seruum receperit, vel habuerit intra tẽpus supe:
rius constitutũ mulcta Officio Consulari Cracouieñ medium, ad communnem ve:
ro Cistulam medium irremisibiliter persoluta: Nec aliter omnino vtriq; facient, nimi:
rum ob eam rationem ne notos emptores et scisores externos pannorum Dño suo an:
tiquo, seruus auocet, sibiq; attrahat, propter incommodum et minuendum Dñi sui
victum, debilitatemq; mercantiæ ips vtq; ex eadem etiam ratione reliqua iuuentus
reprimatur, effrenaturq; Item si alicuius confratris famulus aut seruus, cum al:
tero vicini sui famulo vel alÿ confratris sæpius conueniendo nugas fabulas uc
tractauerit cumq; sine necessitate in absentia Domini sui, siue sit amicus, siue non,
accesserit, commodum et vtilitatem Dñi sui non curando, emptoresq; non obseruã:
do: talis famulus obseruatus in confabulatione et denunciatus à Dño suo castige:
tur. Si vero non castigatus euasisset, Dominus illius pænæ ad communem cistu:
lam sex grossorũ, succumbit. Item, Si aliquis famulorum aut seruorum nomine,
et sub prætextu Dñi sui pannos cuiuscunq; generis sint, pro alio confratre
vel quacunq; alia persona exactoribus Theloneii S. R. Mtis innotesceret et de:
nunciaret libertatis gratia, ac si Domini sui proprÿ eiusmodi panni sint,
talis famulus aut seruus iuxta eius demeritum per Dominos Seniores punien:
dus est. Item, Nemo inter nos fratres ex Pannicidÿs in suis cameris et testudini:
bus seu domibus extranei hospitis quicunq; sit pannum audeat seruare, neq; ob eam
rationem conuersationem cu[illegible]bere hoc enim faceret contra iura et priuile:
gia Pannicidiorum et in præiudicium omnium confratrum, talis confrater
pæna arbitraria Dñorum Consulum irremisibilr soluenda mulctandus.
Pari etiam modo ab hoc tempore quo die decimasexta Junÿ Anno Millesimo qu:
gentesimo Octuagesimo Sexto laudatum, constitutum, atq; ordinatum est per
fratres Pannicidas qui multum exposuerunt sumptum vt Priuilegia usu
firmata et libertates in Scisione pannorum in suo vigore et robore conseruãda
sint promouenda et præcustodienda per longum iuris strepitum: quod etiam
Dñi Seniores, nec non Juniores fratres vnanimiter coniunctim et diuisim ab
annis aliquot confirmauerunt approbauerunt et pro rato, gratoq; susceperunt
et habuerunt, velt si aliquis ex famulis ad numerum fratrum pannicidarũ
aspirauerit, et inter eosdem residere voluerit talis quicunq; sit Dñis Senioribꝰ
pannicidis, et coram eisdem, Jus Ciuile Cracouieñ susceptũm exhibere in instã:
ti tenetur. Quod si ne dum habuerit: illud per eosdem Dños Seniores habere

curet. Adhac obligatur ad Cistulam fratrũ pannicidarum communem pro tuitio-
ne ac defensione seu munitione Iurium et Priuilegiorum quæ ipsi ac prædecessores eo-
rum magno cum sumptu et labore consecuti sũt, Marcas quinquaginta ex nũc de-
ponere et persoluere quod etiam fit, in alys varys Fraternitatibus posthac Priuilegys
et libertatibus coniunctè vtetur ac de illis simul cum alys gaudebit. Item omnes vna-
nimiter tam Seniores, quam etiam Iuniores fratres pannicidæ constituerunt, ac firmi-
ter eodem Anno vt supra concluserunt vt retenta per compositionem mutuam cõfra-
trum facta, ab annis pluribus ex vnanimi consensu omnium confratrũ prouenientia
in litem exposita ad defendenda, conseruanda, et præcustodieñ Iura et Priuilegia ser-
uientia, ab antiquo non persoluta quæ contra eos qui eripiebant victũ pannicidis
contra iura, et antiquam ordinationem, Libertatesq. Pannicidiorum erogata sũt per-
soluãtur ac restituantur ab eo in quibus aliquis pro sorte et interesse suo prouenien-
do repertus et inuentus fuerit, huc vsq. solutionem differendo, quod intelligitur, non
tam de persona, quam de fundo, fundus enim libertati adiacens pannicidio seruit, ac
onera illius retinet, ac suffert Secundum decreta in eo passu lata, nec non secundum
plenipotenciam vnam Spectabili Dño Ioachimo Ciepielowski Consuli Craco-
uieñ datam, et concessam de data Cracouiæ feria quarta ante festũ Sanctæ Priscæ
proxima Anno Domini Millĩmo quingentmo Octuagesimo Tertio. Alterã vero
de data in Prætorio Cracouieñ feria Sexta ante festum Natiuitatis Beatissimæ
Virginis Mariæ proxima. Anni Millesimi quingentesimi Nonagesimi quarti.
Item nemo confratrum posthac pr[illegible]ariam als cistam siue expositorium suũ
in quo exponũtur panni Silesitici venales als Sraga audebit amplius et in poste-
rum vlterius aut longius à limine seu muro testudinis suæ nisi emensurato spa-
cio ad quinq. vlnas cum media statuere, locareq. sub pæna quinq. marcarũ Dñis
Senioribus persoluenda ad communem cistulam. Item nemo ex fratribus Pannici-
darum præripieñ victum alteri Emptores pannorum præsertim vero Funebralium
als Zalobnych per hospicia quærere, attrahere audeat sed in pannicidio residẽs
benedictionem Dñi expectabit sub pæna quatuordecem marcarum irrecuse ad ci-
stulam communem Dominis Senioribus persoluenda. Item præcludeñ viam dif-
ficultatibus in persoluendis Regalibus censibus ad Magnam procurationem ex
pannicidys prouenientibus euenire solitis de vnanimi omnium fratrum consẽsu
statuimus quatenus quilibet confratrum pannicidarum census eiusmodi Regi-
os ad primam sui per famulum Dñi Magni Procuratoris Arcis Cracouieñ requisi-
tionem factam pro festo S. Martini absq. quauis procrastinatione soluat.

Item, nemo de medio fratrum Pannicidarum audeat ligneis uti ulnis men-
surariq illis sed ferreis sub sigillo Ciuitatis appresso si quis huius constitucionis
transgressus inuentus fuerit, pœna quinq marcarum ad communem cistulā puni-
endus erit. Tales enim ipsi Dñi Seniores diligenter animaduertāt ut oīa suo or-
dine et decenter fiant; ab hoc vero tempore nemo præsumat amplius ligneis ulnis me-
surari, sed ferreis munitisq Sigillo Ciuitatis: idq cuiuscunq conditionis sit homo,
siue Consul siue Scabinus Supremi iuris vel quiuis confrater obseruare id dilige-
ter tenetur. Anno Dñi Millesimo quingtmo, Octuagesimo Sexto. In Conuoca-
tione per Fratres Pannicidas habita ex unanimi eorum fratrū Pannicidarum con-
sensu laudatum sancitum, ac constitutum est manu coniuncta et indiuisa Seniorū
nec non Iuniorum fratrum cum subscriptione manuum propriarum Dñorum Se-
niorum pro tunc existencium id concludendo inter se perpetuo ac irreuocabilr
obseruare ac tenere, Si aliquis ex fratribus pannicidis cuiquam Articulo ex præ-
missis, aduersus ierit et contra facere quocunq colore et prætextu conatus molitus-
ue fuerit: semelq et iterum, super præmissis fraterne admonitus non resipuerit talis
Spectabili Senatui Cracouieñ per Seniores fratres pannicidas deferri debet iux-
ta eius demeritum uti inobediens puniendus pœna. In quorum maiorem fidem
Sigillum Officij nři præsentibus est subappensum. Actum Cracouiæ feria qn-
ta pridie festi Vndecem millium Virginum Anno Dñi Millimo Sexcentesi-
mo Decimo Sexto. Jacobus Henc Ciuitat Craconi: Notarius, Matthæus Cru-
sczynski Ciuitatis Cracouieñ Notarius. Nos itaq supplicōni præfatæ benigne
[illegible] lrās suprascrās arti[illegible] [illegible]ulos in eisdem lrīs descriptos et omnia
illorū contenta authoritate nřa [illegible] approbañ et confirmañ esse duximus
prout quidem approbamus & confirmamus Decerneñ eas vim et robur per-
petuæ firmitatis obtinere debere in quantum iuri cōmuni non repugnant. In
cuius rei fidem pñtes manu nřa subscrās Sigillo Regni obsignari iussimus. Da-
tum Varsauiæ die XXV. Mensis Januarij Anno Dñi M. DC. XVII.
Regnorum nrorum Poloniæ XXX. Suetiæ vero XXIII. Anno.

Sigismundus

IX

Joan: Octauianus Vbaclauouic

[illegible] Articulorum Pannicidarum Cracouien.

91

1017

[illegible]
[illegible] sigillo
[illegible] approbati
[illegible] M. D. C. XVII

[illegible] 1017

XI a

No 2do